Universitätsbibliothek Paderborn

Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei declamatoribus admodum vtilis et necessaria

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Gloriatio triplex.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Visual Library

Gratiæ bona ſunt tria.

Rom.3. PRimum eſt, quia ab omni ma-
la mundat. Rom. 3. Iuſtifica-
gratis per gratiam ipſius. Secun-
dum, quia ab omni miſeria libera.
Rom.6. Rom. 6. Infelix ego quis me libera-
bit de corpore mortis huius, gratia
dei per Ieſum Chriſtum, &c. Ter-
tium eſt, quia in bono corroborat.
Heb.13 Heb. 13. Optimum eſt gratia ſtabili-
re cor, non eſcis, quę non profue-
runt, &c.

Gloriatio triplex

PRima eſt diabolica, ſilicet qua-
do homo gloriatur de pecca-
Pſa.51. de qua Pſal. Quid gloriaris in
Pro.2. malitia. Prou. 2. Letantur eum cum
malefecerint, et exultant in rebus
Bern. peſſimis. Et D. Ber. Quæ requies eſt
in gloria tua? nonne plus anxietatis
quàm iucunditatis habet? dum uendi-
cas, dum defendis, dum inuides, dum
aſpiras, dum ambis quod non habes
gloriatio iſta talis, qualis ſi mulier
gloriaretur de hoc, quòd peperiſſet
buffonem, uel ſerpentem; ſicut mu-

lier

lier naturaliter debet procreare hominem, non ſerpentem, uel buffoné, ſic anima quę naturaliter bona eſt, bona debet operari nõ mala. Secũda glo riatio eſt mundana, de qua dicit Hier. Hier. 9.
Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, ſilicet mundana. In ſapientia enim mundana non debet homo gloriari, quia ipſa ſtultitia eſt apud Deũ. Cor. Sapientia enim huius mundi ſtultitia eſt apud Deum, &c. ipſa eſt enim 1. Cor. 3
uelut lumen lignorum putridorum quod de nocte apparet, & de die non apparet, ideſt in tenebris huius uitæ uidetur ſapientia, ſed in futuro bene apparebit, quòd eſt inſipientia. Et de fortitudine corporis non debet aliquis gloriari, quia fortioribus for tior inſtat cruciatus. Sap. Neque de Sap 6.
diuitiis, quia non proderunt in die ultionis. Et quia gloriari de diuitiis ſuis, quas amat contra Deum, eſt gloriari de hoc quòd magnam molam habet ad collum, ut demergatur in profundum. Tim. 6. Qui uolunt diuites 1. Ti. 6.
fieri incidunt in tentationem & laqueum diaboli, &c. Et Bernardus. Bern.
Væ autem his qui uanam gloriam de tranſitoriis quęrunt, quia non poterunt tranſire tranſeuntibus his. Tertia eſt Chriſtiana, quæ multiplex eſt. Prima eſt de Dei cognitione. Hier. Hier. 9.

In hoc glorietur qui gloriatur, ſcire
1.Cor.1 & noſſe me, &c. Cor. Qui gloriatur
in domino glorietur, &c. Secunda
eſt, gloriatio conſcientiæ. Vnde Pau-
2.Co.1. lus. Gloria noſtra hæc eſt, teſtimoni
conſcientiæ noſtræ. Tertia in fructu
2.Co.1. profectione. Paul. ad Corinthios ait.
Gloria ueſtra ſumus, ſicut & uos no-
ſtra; maiorem horum non habeo glo-
riam, quàm ut audiam filios meos in
ueritate ambulare. Quarta eſt, in tri-
bulationis exaltatione. Vnde Paulus
Rom. 5. ad Romanos ait. Gloriamur in tribula-
Bern. tionibus, &c. et D. Bernardus. Gloria
ſanctorum eſt in pręſenti cruciari &
in æternum gloriari.

Gaudium ſanctorum in cæleſti atr_ia prouenit ex quatuor.

Iſa. 33. PRimo à Dei uiſione. Iſa. 33. Re-
gem in decore ſuo uidebunt.
1.Io. 3. Et Ioan. in ſua can. Videbimus
eum ſicuti eſt. Et nota, quòd in uiſio-
ne regis, duplex gaudium erit electis.
Primum erit in uidendo faciem Dei
ſecũdum diuinitatem, quòd erit ſum-
Io. 17. mum gaudium. Ioan. Hęc eſt uita
æterna, ut cognoſcant te uerum De-
um, ſolum, & quem miſiſti Ieſum